BIBLIA LATINA
Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 200r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

eV ℣.

et ad reges et principes ducemini propter
me in testimonium illis et gentibus.
Cum autem tradent vos nolite co
gitare quomodo aut quid loquamini.
Dabitur enim vobis in illa hora quid
loquamini. Non enim vos estis qui
loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur
in vobis. Tradet autem frater fratrem in
mortem et pater filium et insurgent filii
in parentes et morte eos afficient.
Et eritis odio omnibus hominibus
propter nomen meum. Qui autem per
seuauerit usque in finem hic saluus
erit. Cum autem persequentur vos in
ciuitate ista fugite in aliam. Amen
dico vobis non consumabitis ciui
tates israhel donec veniat filius
hominis. Non est discipulus super
magistrum nec seruus super dominum
suum. Sufficit discipulo ut sit
sicut magister eius et seruus sicut do
minus eius. Si patrem familias beelze
bub vocauerunt quanto magis domes
ticos eius. Ne ergo timueritis eos.
Nihil est opertum quod non reuelet
et occultum quod non sciatur. Quod dico
vobis in tenebris dicite in lumine
et quod in aure audistis predicate super
tecta. Et nolite timere eos qui occi
dunt corpus animam autem non possunt
occidere. Sed potius timete eum qui
potest animam et corpus perdere in gehenna.
Nonne duo passeres asse veneunt
et unus ex illis non cadet super terram
sine patre vestro. Vestri autem et capilli
capitis omnes numerati sunt. No
lite ergo timere multis passeribus me
liores estis vos. Omnis ergo qui con
fitebitur me coram hominibus confi
tebor et ego eum coram patre meo qui
in celis est. Qui autem negauerit me
coram hominibus negabo et ego eum
coram patre meo qui in celis est. No
lite arbitrari quia venerim mittere
pacem in terram. Non enim veni mi
tere pacem sed gladium. Veni enim
separare hominem adversus patrem suum
et filiam adversus matrem suam et nu
rum adversus socrum suam et inimici
hominis domestici eius. Qui
amat patrem aut matrem plus quam
me non est me dignus. Et qui
amat filium aut filiam plus quam
me non est me dignus. Et qui
non accipit crucem suam et sequi
tur me non est me dignus. Qui in
uenit animam suam perdet illam et qui
perdiderit animam suam propter me
inueniet eam. Qui recipit vos
me recipit. Et qui me recipit re
cipit eum qui me misit. Qui reci
pit prophetam in nomine prophete mere
dem prophete accipiet. Et qui recip
it iustum in nomine iusti mercedem
iusti accipiet. Et quicumque dederit
vni ex minimis istis calicem aque
frigide tantum in nomine discipuli amen
dico vobis non perdet mercedem suam.

Et factum est cum Cap. xi.
consummasset iesus precipi
ens xii discipulis suis.
transiit inde ut doceret et predicare
in ciuitatibus eorum. Johannes autem cum au
disset in carcere opera xpi mittens
duos de discipulis suis ait illi.
Tu es qui venturus es an alium exspe
tamus. Et respondens iesus ait illi.
Euntes renuntiate iohanni que audis
tis et vidistis. Ceci vident claudi
ambulant leprosi mundantur surdi au
diunt mortui resurgent pauperes
euangelizantur. Et beatus est qui non